HIERONYMUS
um 836/859 Seite 233r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sin aut̄ dederit uni seruorū suorū legati nomine tā
diu habebit possessionē quam diu uel septimus annis
remissionis qui dicitur deror̄ uel iobaeleusi idest
quinquagesimus ad aduenīat quando omnis emtio
cotq; donatio reuertetur ad priores dominos ita
ut seruus usū habeat ꝑ tempore et proprietatē posses
sionis filii principis quod aut̄ sequitur et n̄ accipiet
princeps hereditate populi ꝑ uiolentiā siue ut lxx
transtuler̄ ut opprimat eos uel ut aquila et sr̄mma
chus affligat eos atq; contristet sed de possessione
sua hereditatem dabit filiis suis suggillat n̄ solū illius
temporis sacerdotes et principes sed n̄ri quoq; qui di
tiores fiunt sacerdotii dignitate et praeter ea quae si
bi dn̄i dispositione debentur tollunt a pauperib; per
uiolentiā uel sub honoris nomine diuites spoliant
ut ipsis quoq; filiis suis quib; paterna debetur hereditas
nihil debeant derelinquere nisi qd̄ sibi apparentibus
derelictum est ergo qui ditior est · sacerdos quū uenit
ad sacerdotiū quidquid plus habuerit n̄ filiis debet da
re sed pauperibus et sanctis fratrib; et domesticis fi
dei · qui uincunt merita liberorū ut reddat ea quae
dn̄i sunt dn̄o suo qui loquitur in euangelio · quidquid
uni istorū feceritis mihi fecistis · Ipse enim in pauperib;